

196  
PENTECOSTALIS

De  
Utriusq; Pentecostes Novi &  
Jubilaei Veteris Testamenti  
Convenientia,

ORATIO.

Vir et generis claritate, et splendore vita, Exordium.  
et Dignitatis gradu Praecellentissime,  
Praeceptor aeternum colende, vene-  
rande, Tuz lectissima Audis-  
sa juventutis concio atq;

caterra,  
Quod si sanctissimum illud Festum, Festum nimirum  
incarnationis, quo in unus ille ex uno, verus ille ex  
vero, bonus ille ex bono, sempiternus ille ex semper-  
no, DEUS a DEO, DEUS in DEO, DEUS ex DE-  
O, DEUS apud DEUM, DEUS cum homine, DEUS  
in homine, DEUS inter homines, DEUS propter  
homines, hominum assumens naturam, misellus ve-  
nit in mundum, atq; ab illibata virginitate e ven-  
tre in lucem effusus, a lota paupertate pannis  
innolutus, et a sancta humilitate in duro reclina-  
tus est praesepe, nullò praeterendum silentio;  
quod si Paschale illud Festum, Festum omnibus  
mundi hominibus amabile, pariter atq; salutare,  
quo in augustissimus, invictissimus, gloriosissimusq;  
ille victor JESUS CHRISTUS, postquam  
acerbissimam pro totius humani generis salute